



Universitätsbibliothek Paderborn

**Methodvs Expeditæ Confessionis Tum pro Confessarijs,
tum pro Pœnitentibus**

Tamburini, Tommaso

Coloniæ Agrippinæ, 1657

Quando debet pœnitentiam adimplere pœnite[n]s. p. 2

urn:nbn:de:hbz:466:1-41773

acceptandi , sed nec implendi
acceptatam : quod sane est ni-
mis ample dictum.

§. 2.

*Quando debet Pœnitentiam ad-
implere pœnitens.*

8 Potest esse difficultas. Pri-
mò, quantum temporis post
absolutionem (nam sicuti cer-
eum est posse solvi ante absolu-
tionem, sic certum est id non esse
necessarium) Secundò, An in
tempore, quo forte pœnitens sit
in statu peccati mortalis. Ter-
tiò, An in tempore, quo exerceat
aliud opus de præcepto : v.g. an
possit recitare coronam injun-
ctam ex pœnitentia dum au-
dit Sacrum de præcepto Eccle-
siæ ?

9 Quoad: Primum per se, de-
bet, adimpleri pœnitentia, quan-
do Confessor designat: licet fa-
cile

376 Lib. 3. Cap. 2. §. 2.

cile excusari possit à mortali dilatio talis temporis designati: quia communiter Confessarii præceptum cadit potius in rem exhibendam, quam in tempus.

a Suar. cit.
bis.

Quod si non designat, & ut communiter fieri consuevit; per se loquendo, debet impleri quam primum commode moraliter potest, sicuti obligat votum, alia que similia: videtur tamen probabile b quod dilatio, nisi sit nimia, & ad longum tempus, & nisi ipsa dilatio minuat rem inflata, non sit mortalis. Sicut

b De Lug.
disp. 25. de
gœn sec. 5.
n. 92.

c De Lug.
ibid.

idem dicitur de voto absque temporis determinatione emissio, quando dilatio rem promissam non minuit, ut minueret tardus ingressus in Religionem,

d Anton.
Fernandes
in Instr.
Conf. I. p
docum. 7.
§. 2. n. 2.

Aliqui simpliciter, & absolute extendunt dicta ejusmodi obligationem, ut censeant ad unum annum posse differri, sicuti ad ligatio

2.
reali di-
signati:
nfessarii
in rem
tempus.
ut com-
; perse-
ri quam
oraliter
um, alia-
men pro-
si sit ni-
pus, &
rem in-
s. Sicut
bsque
ne emis-
promis-
inuere
gionem,
absolute
i obliga-
nd unum
sicuti ad
est ob-
ligatio

Lib. 4. Cap. 2. §. 2. 377

ligatio confitendi; quod tamen
videtur nimis largè prolatum.

10 Quoad Secundum, Dico
posse e adimpleri à pœnitente,
dum est in statu peccati morta-
lis: quia quamvis tunc non in
statu meriti, tamen est in statu,
quo potest præcepto confessarii
satisfacere.

Quoad Tertium, Potest pœ-
nitens f solvere pœnitentiam f *Castrop.*
quando exercet aliud opus de 10. i. er. de
præcepto, si pœnitentia, & di- leg. d. i.
ctum opus non se invicem ex. d 20. n. i.
cludat, quare dum audit Missam
de præcepto, potest recitare v. g.
Coronam Beatæ Virginis, non
enim hæc se excludunt, &c.

§. 3.
*An possit impleri pœnitentia
per alium.*

11 C Vm satisfactio sit per- *Vide de*
sonalis, communiter a sect. 5. de
per se ipsum illam pœnitens ex- *Lug. d. 15*
hibere *pœn. n. 78.*